



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 24. Disputatio Lipsiensis Eckium inter & Lutherum ac Carolstadium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI jure divino, quia juxta S. Hieronymum
A.C. 1519. Sacerdotes in prima eorum institutione
 ab Episcopis non distinguuntur.

§. XXIV.

*Disputatio Lipsiensis Eckium inter &
 Lutherum ac Carolstadium.*

Cochl. de act. **C**um Carolstadius Doctor, ac Wirtem-
Luth. ann. bergensis Archidiaconus facili nego-
1519. tio sese ad Lutheri partes pertrahi pate-
Act. Disp. retur, is eundem quoque frequenter de-
Lips apud fendendum suscepit, præcipue ubi hic
Luth. tom. I. hæresiarcha theses quasdam publicavit
Ep. Phil. adversus Eckium, qui ejus doctrinam
Melanct. ep. acerrime impugnabat. Postquam ergo
Eck. ib. ad propositiones discutiebantur, Carolsta-
Oecolamp. dius ad publicam admitti petiit disputa-
Melanct. tionem, in qua doctrinæ capita Eckium
lib test. præf. inter & Lutherum controversa exami-
ad Frid. narentur. Eckius, cum ipse ejusmodi
Myron. colloquium percuperet, haud invitus an-
Sleidan. in nuit, quocirca Lipsiensis urbs, publici
comm. l. I. certaminis locus designatur. Equidem
p. 35. Merseburgensis Diocesis Episcopus, nec
 non Lipsienses Theologi hujus disputatio-
 nis exitum Carolstadio funestum vere-
 bantur, unde nil intentatum relinque-
 bant, ut hanc disceptationem in præfa-
 ta urbe haberi præpedirent. Attamen
 Georgius Saxonix Princeps, Electoris
 Friderici Patruus, cui ea urbs tum pa-
 rebat,

rebat, ibi petatum colloquium fieri ius-
sit. Id & effectui datum.

Sæcul. XVI.
A.C. 1519.

Lutherus ultro sese huic certamini immiscuit, idque fors ab eo ideo factum, quod Carolstadium Eckio, quem in disputando acerrimum noverat, longe imparem crederet, ac de ejus scientia diffideret, aut forte ipsemet honoris proprii cupiditate accensus in publicum prodire gestiret. Utut res se habuerit, id certum est, quod Gregorius Saxonicus, cum virorum adeo fama celebrium disceptationes percipere gauderet, castrum suum velut prælii campum obtulerit, omnesque sumptus suppeditare sponderit. Ergo utrinque designantur Secretarii, ac dies vigesima septima Junii præfigitur; comparent Lutherus, Carolstadius, & Melancton cum quibusdam Theologis Wittembergensibus, adducunt secum libros ad disceptationis argumenta necessarios. Eckius quoque Ingolstadio profectus, præstituta die Lipsiam venit, ubi omnes hi Doctores a Principe, Senatu, atque Universitate perbenigne excipiebantur.